efficere abrenunciationes bonorum suarum seu quietationes producere
et reddere se de omnibus bonis cum successoribus suis submittit et inscri-
bit sub damnis simpliciter tagas et educendis. Et coram officio praesenti
in primis citationis termino peremptoria responsione omnibus in universum iuris
remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus
se et suis successores sub abscribendo et abrenunciando. Salva inmati-
one bonorum suorum verbalium ab actione personali sequendam et mansio-
ne libera ad festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxime futurum
Nihilominus submittit se pro futura hyeme bona eadem siligine
bene conseminare et frumentis vernalibus hordei avenae sice-
is per unam mensuram Boransensis eidem Kosalewski in eisdem
bonis ad conseminandum relinquere et reddere sub eisdem liga-
mentis et foro praesenti.

158

Gorski Debitum.

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitanealibus Boransensis [illegible] comparens
Nobilis Mathias olim Pauli Kosalewski sanus mente et corpore existens
palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Adamo olim Alberti
Gorski et in eventu mortis illius legitimis successoribus tenetur esse debitus
certi veri et liquidi debiti mutuatae pecuniae summam quadringen-
torum quinquaginta florenorum numeri et monetae Polonicalis quemli-
bet florenum per triginta grossos Polonicales numerando et computando. Quam
quidem summam idem ipse recognoscens submittit se de omnibus
bonis cum suis successoribus inscribit memorato creditori suo suisque
posteris hinc pro festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistae in Anno
Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo ipso proxime futuro parata pe-
cunia solvere realiter et de facto dare et restituere aut circa
acta officij praesentis deponere et relinquere depositamque relictam
inde ad se non recipere nec modo quovis arestare aut [illegible]
sub vadio similiter aliorum quadringentorum quinquaginta florenorum
Polonicalium in defectu solutionis pro tempore praefixo ad solvendum succum-
bendo. Et coram officio praesenti in primo citationis termino peremptoria
responsione ac reali et effectiva satisfactione omnibus controversijs
exceptionibus allegationibus evasionibus dilationibus quibusvis motionibus
appellationibusque ac earum prosequutionibus alijsque in universum iuris
remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessi-
bilibus se et suis successores sub abscribendo et abrenunciando.

G. Zuba Expeditus F. B. Debitum.

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitanealibus Boransensis [illegible] comparens

Nobilis Mathias

Nobilis Mathias olim Pauli Uszakowski sanus mente et corpore existens
palam publice ac libere recognovit. Quia Generoso Joanni Casimiro Zu-
ba Ensifero Terrae Bielscensis et eius Successoribus Tenetur. Estque debitus
certi veri et liquidi debiti mutuatique pecuniae summam Centum Florenorum
numeri et monetae Polonicalis Quam quidem summam superius recogno-
scens submittit ac se de Omnibus bonis cum Successoribus suis inscribit Memo-
rato Creditori suo suaeque eius posteris hinc pro festo Nativitatis Sancti
Joannis Baptistae proxime futuro parata pecunia solvere realiter et de
facto dare et restituere aut circa Acta Officii praesentis reponere et relinquere
repositamque et relictam versus se non recepere nec modo quovis arestare
aut effiscindere sub vadio simili aliorum Centum florenorum Polonicalium in de-
fectu solutionis pro tempore praefixo adsolvendum succumbendo Et Coram offi-
cio praesenti Castrensi Lovanscensi in primo Citationis Termino peremptoria respon-
sione ac satisfactione Omnibus in Universum iuris remedys et defensis
legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos Successores
Actis abscribendo et abrenunciando.

Choienski Cessio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Lovanscensibus comparentes
Nobiles Marianus et Joannes filii olim Nobilis Erasmi Gorski sani mente
et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt et quilibet
eorum suo interesse recognovit. Quia Nobili Egidio olim Joannis Ostro-
wski eiusque Successoribus de Obligatione certa Nivium solverunt per olim
Nobilem Petrum Gorski sibi Caventi recognitam Coram Actis Zam-
brovien. feria Quinta post Dominicam Cantate Millesimo Sexcentesimo
Sedecimo modo Obligatorio in duobus Sexagenis Poloniae inscriptam
Cum Omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis suae ac parata intromissione
possessione tenitione evictione et ligamentis in Originali inscriptione conten-
tis cedunt et condescendunt Intromissionemque illi tenent cum pacifica
possessione per Nobilem et Nobiles dictos oblatione acceptandam admittendo.

Skrzypkowski Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Lovanscensibus comparens
Nobilis Christopherus filius Stanislai Chrzestowski sanus mente et corpore
existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Joanni filio Nobilis
Stanislai Skrzypkowski et eius posteris Sex florenos et Quindecem
grossos Polonicales teneri ac debere pro Dominica Septuagesima proxime
ventura solvere se de Omnibus bonis cum Successoribus suis submittit
et inscribit sub vadio simili aliorum Sex florenorum et Quindecem
grossorum Polonicalium in defectu solutionis pro tempore praefixo adsolvendum
succumbendo Et Coram officio praesenti in primo Citationis Termino
peremptoria responsione ac satisfactione Omnibus in Universum
iuris remedys et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure
concessibilibus se et suos Successores Actis abscribendo et abrenunciando.